



UNIVERSITÄTS-
BIBLIOTHEK
PADERBORN

**Clarissimi Viri Henr. Zoesii Amersfortii, In Academia
Lovanensi I. V. D. Et Antecessoris Commentariis In Jus
Canonicum Universum, Sive Ad Decretales Epistolas
Gregorii IX. P. M.**

Zoesius, Hendrik

Coloniae Agrippinae, 1691

Titulus XXIV. De Officio Archipresbyteri.

[urn:nbn:de:hbz:466:1-62329](https://nbn-resolving.de/urn:nbn:de:hbz:466:1-62329)

Probabilius tamen videri non concessa, eo quod sublatu uno impedimento, non censatu sublatum aliud, ab ea distinctum, arg. l. Si domus D. de servit urban. præd. & requiriens expressam facultatem, uti est dispensare super minoribus in illegitimis. Nam committens id non exprimis vel ignorat defectum, vel non vult committere, Navar. Conf. 12. & 3. de temporib. ordin.

Debet autem commissa ordinatio fieri ab Episcopo in sua d. cœclisi residente, aut pro eo Pontificia exerceente, prævio diligenti examine, Trid. d. S. ff. 7. c. 11. Confessarum dimissorialium effectus est, quod durent, non obstante morte naturali aut civili concedentis, c. Si super de officio deleg. in 6. & extravag. inter 5. ut autem de privilegiis ubi concessa semel licentia non exprimat morte concedentis, Nav. in can. placuit n. 34. & 103. dist. 6. de Pœnit. Pia. sec. d. loco n. 13.

Quantum ad peregrinum in Ordine suscep-
to ministrare volentem, si non admittetur, ni-
si Ordinem suum probet per commendatiti-
as: quæ cœmpter distinguuntur à dimissoriis
in eo, quod hæc contineant commissionem or-
dinandi, illæ autem probent Ordinem suscep-
tam, ut in eo celebrare alibi licet. Quæ ut
operentur, debent esse munitæ quinq; Episco-
porum sigillis, saltem in Ultramontanis & re-
motioris regionis Clericis incognitis, c. 2. b. t.
Alijs celebrate non sunt permittendi, nisi se-
creti, si non saltē per testes ordinationem
Canonicam probent, c. 3. b. t. nihil faciente ju-
ramento, c. 2. b. t. Ratio est, ne vel non promoti
admittantur, vel per saltē promoti, aut in-
digni: qua de causa Clericij alieni sine licentia
Episcopi loci non sunt instituendi, c. fin. b. t.

TITULUS XXIII.

De Officio Archidiaconi.

SUMMARIUM.

1. Iurisdictio alia voluntaria, alia contentiofa.
2. Voluntariam exercet Archidiaconus.
3. Archidiaconi officium.

H Actenus de ordinationibus & dignitati-
bus: sequitur de officijs & iurisdictione;

* quæ alia voluntaria, ad quam præcipue spe-
stant, quæ hoc & sequentibus quatuor Triu-
lis traduntur, alia contentiofa. * Illam sine 2
strepitu peragi solitam habet Archidiaconus,
qui præter Diaconis olim, ad pauperum mi-
nisterium creati solitus, ut patet ex Actis Apo-
stolorum. Verum postea crevit ejus auctoritas
ex permissione Episcoporum, vicaria il-
lius opera uentum: unde & Oculus Episco-
pi dicitur, c. 7. b. t. & non tantum in Dia-
conos, Subdiaconos, haber auctoritatem, sed
& in Presbyteros, licet ordine maiores, d. c. 7.
* Ejus officii est vicarium Episcopi se præsta-
re, in cura super Clero, ejus conservatione,
restoratione Ecclesiastarum & ordinatione, do-
ctrinâ Ecclesiasticorum, visitatione, custodiâ
valorum, c. 1. 2. 3. 4. b. t. Ut rectè inter officia
curam animarum habentia computetur Archi-
diaconatus, & doctrina major in eo deside-
retur, ut dictum suprà tit. 14. Non commitit
tamen curam animarum sine licentia Episcopi
c. 4. b. t. Non excommunicat c. 5. eod. Cau-
zæ matrimoniales ejus examini non sub sunt, sed
Episcopo commissæ per Concil. Trid. Sess. 24.
c. 2. de Reform. quo inconsulto non expeditar-
duis negotia, nec sine ejus conscientia dat di-
missorias, c. 7. & 8. b. t. In monasteria nihil
jurius haber, nisi quod illi dederit consuetudo,
c. fin. b. t. Audit autem jurgia singulorū in mo-
nasticis, & curat, ut divinum officium rite de-
certerque fiat, c. 2. b. t. Examinat ordinantes,
ut dictum suprà tit. 12. Abbes, Abbatis, aliasque in possessionem mittit, c. pen. eod.

TITULUS XXIV.

De Officio Archipresbyteri.

SUMMARIUM.

1. Archipresbyter subjectus Archidiacono.
2. Duplex est Urbanus & Ruralis.

A Rchipresbyter Ordinis consecratione &
potestate est major Archidiacono, juris-
dictione minor; unde huic jure communi-
sus, c. 1. b. t. Praest presbyteris in iis,
quæ sunt sacerdotalis offici, c. 2. & 3. eod. ut
curam animarum ejus incumbere sit certum. In-
stitu-

Tit. XXV. & seqq. De Offic. Prim. Sacr. Custod. Vicarii. 77

Statutio eorum, qui à patronis præsentantur,
ad eum non spectat jure communi.

Duplex est, alter habens in civitate Episcopali sacerdotalis officii directionem, & venit nomine Decani Urbanic. 3. eod. alter, qui extra sedem Episcopalem presbyterorum aliquorumque Clericorum, & plebis mores obseruat, de ceteris ad Episcopum referit, c. fin. b. 1. & vocatur Decanus Ruralis.

TITULUS XXV.

De Officio Primicerii.

SUMMARIUM.

1. **Primicerius quis, & unde dictus.**
2. **Eius officium.**

PRIMICERII nomen aliqui compositum existimat, quasi primus in cera sive ceratis tabulis, aut scriptuā positus. Quod licet videatur rei respondere, rectius tamen dicerur esse simplex, & denotare primum in aliqua dignitate officio, aut ordine, utcerius tantum sit productio nominis: quod & probat Cujac. ad tit. Cod. de Primicerio lib. 12. & Brisson. in lexico V. PRIMICERIUS. Frequens est hoc verbum in textibus juris civilis. Sic PRIMICERIUS defensorum, protectorum, domesticorum, & similiū. * Hic denotat primum inter Clericos, & Diaconos, quibus præst in docendo, & quorum curam haberet, Deo pro animabus eorum rationem redditurus. Ad eum spectat ordo & modus canendi, de quibus cap. unicus hoc tit. & can. 1. §. ad primicerium Dist. 25.

TITULUS XXVI.

De Officio Sacristæ.

SUMMARIUM.

SACRISTUS custodiendis præpositorus Sacrista, cui incumbit cura sacrorum vasorum, vestimentorum, sacri etiam thesauri (unde & Theaurarius dicitur) ac luminariorum. Subest Archidiacono cap. 2. hoc tit.

TITULUS XXVI.

De Officio Custodis

CUSTODIS officium multa habet communia cum Sacrista, unde plerisque in locis tantum est alter eorum. Huius est pulsu campanarum ad horas Canonicas convocari cetera; pallia, linctamina altaris custodire; lampades, ceteraque luminaria debito tempore accendere & extinguere, c. 1. b. iii. Qua alites atque aliter se habent pro locorum consuetudine, qua rationabilis iuri scripto derogat, ut dictum supra rit. de Consuet. Hujus etiam est decimas, oblationes inter fratres distribuere c. 2. b. 1. Negligentia ejus corrigitur ab Archidiacono, d. c. i.

TITULUS XXVII.

De Officio Vicarii.

SUMMARIUM.

1. **Vicarius quis.**
2. **Sunt & Episcopo sui Vicarii.**
3. **Vicarii generalis officium & potestas.**
4. **An beneficia conferre possit.**
5. **An de causis matrimonialibus cognoscat.**
6. **An habens potestatem conferendi beneficia possit desistere.**
7. **Vicarium constituit Episcopus sine Capitulo.**
8. **Vicarius constitutus Clericus, non laicus.**
9. **Sacularius, non regularis.**
10. **Idque vel in causis spiritualibus, vel contentiousis, quis Officialis dicatur.**
11. **Vicarii huius est ordinaria jurisdictio.**
12. **Vicarii potestas non est perpetua.**
13. **Episcopo mortuo creandus novus Vicarius, vel continuandus à capitulo.**
14. **Vicaria alia perpetua, que non nisi una una concedenda, alia temporalis.**
15. **Vicarius perpetuus constituitur auctoritate Episcopi.**
16. **Non potest alium sibi Vicarium perpetuum subrogare.**
17. **Quo modo desistatur.**
18. **Vicarius ad tempus ex quibus causis constitutus.**